



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Psalmvs Decimvs, hebraica numeratione, sine titulo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

MAR. LVTHERI OPERATIO
PSALMVSD E C I M V S,
hebraica numeratione, sine titulo.

Idea impij. **V**T QUID domine recessisti longe, despicias in oportunitatibus in tribulatione?

*Hic psalmus
naturā impio-
rū describit.*

NON EST psalmus (meo iudicio) qui impiorū ingenium, mores, opes, uerba, sensus, formā, tanta proprietate, copia, luce, depinxerit, ut si quid minus hucusq; dictū est, aut dicitur, hinc liceat perfectā impietatis imaginē petere. Est ergo hic psalmus, eicos, typos, forma, idē, impij & impietatis, id est, cuius hominis, qui sibi & hoībus, uel sancto Petro præfatiōis, deo abominatus, esse. Id quod mouit beatus Aug. & qui eum secuti sunt, ut de Antichristo intelligerent. Verum quia sine titulo psalmus est, generalissimam sententiā amplectimur, & communem (ut dixi) Idēam impietatis uideamus; Nō q̄ negemus illorum expositionem, immo dum generaliter sapimus, Antichristū includimus. Quin nihil fuerit absurdū, si hunc psalmū ordine suo præcedēti sic sociemus, ut illic de impijs cōuersis cecinisse, de cōuertendis orasse intelligamus; Hic ut de impijs adhuc reliquis & in potestate prævalentibus super infirmā Almutia psallere, de quibus, uel nō speret, uel incertus sit cōuertēdi sint, nec ne.

Ac uide zeli eius magnitudinem, cū ipso deo pene exposulari: Quare dñe stas a longe? Sic enim Hiero. transfert. Atq; hic est affectus ille, qui in mediā adhuc tribulatione positus, nimiaq; rei indignitate motus, exclamat aduersus impiorum iniquissimā tyrannidem & pro innocētissimorum sanctorum causā, sicut & uulgo dicitur: Quo modo hęc deus potest sustinere? Sic Abacuc, 1. eodem exordio suum librum ingreditur, quasi indignans super dei patientia; Vsq; quo clamabo, & non exaudies? uociferabor ad te uim patiens, & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, uidere predam, & iniusticiam contra me? Quare respicias contemptores & taces conculcantes in pio iustiore se? Et facies hominis, quasi pisces maris & quasi reptilia non habentia ducem. Et factum est iudicium & contradictio potentior, propter hoc lacerata est lex, & non peruenit usque in finem iudicium, quia impius præuaricat aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Quid nos miramur, si indigna patimur, quando hi uiri pleni spiritu, hęc tanto affectu sese passos pronunciant, & legem dei laceratam clamant, in quo manifeste impietatis, aduersus pietatem indicant bellum, ubi maxime uir zelus? Quis non Abacuch istum hoc loco impatientiæ obnoxiiū iudicaret? Sed & infra eodem, sic dicit: Mundi sunt oculi tui, ne uideas malum, & ad iniquitatem respicere non poteris. Quare non respicias super iniqua agentes, & taces deuorante in pio iustiore se? Et facies hominis, quasi pisces maris, & quasi reptile non habens ducem. Eodē affectu Isaias, xliij. Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua? Multitudo uiscerum tuorum, & miserationum tuarum: super me continuauerunt se, &c. Idem Job, xxj. prolixius.

Ita & hic dicit: Quare stas domine a longe? hoc est, sinis nos opprimi, & deuorari, nec audis, nec saluas nos: Confortas manum, & consilium impiorum adiuuas. Deniq; uidetur sibi cōtradidere, qui psalmo præcedēte, dixerat: Adiutor in oportunitatibus, in tribulatione: Hic despicias in oportunitatibus in tribulatione, Et uidetur deum tentare, dum ipse definit tempus & oportunitatem

nitatem

nitatem auxilij, non plene expectans manum dei. Verum, alio affectu aliud, & aliud dicitur. Oportet enim formari hoc psalmo personam afflicti & affligentis perfecte. Afflictus autē, & si fortiter patitur, tamen insensibilis non est, & sensum habet, qui p̄ natura sua, immo infirmitate inuincibili, erum̄ pit & gemit, clamat, indignatur. Sic Christus Matth. xxvj, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Et ipse orauit, ut calix ab eo transiret, naturali, scilicet infirmitate laborās, quam tamen statim corrigens, ac uincens, dicit: Verum non mea, sed tua uoluntas fiat. Talis est & conditio & pugna uictorum cum impijs, ubi, & si perferāt, tamen cum dolore & labore, nāc spiritus promptus audet, ut clamet & gemat, rursus infirma caro gemit. In qua lucta, non nihil doctur infirmitati carnis, ut clamat & gemat, ubi potius latandum sibi foret. Hęc omnia in nostram consolationem, ut sciamus sanctos dei fuisse homines similes nobis, & ea quę de ferenda cruce & morte dicuntur, intelligamus fortiter laborante charitate uincenda, non autem etiam promptitudine carnis, & humani sensus, posse, aut debere ferri.

Ita uox carnis & inferioris & exterioris hominis in sanctis est iste uersus, immo totus psalmus, qui clamat, dū interim spiritus fortiter sustinet & deum expectat in oportunitatibus.

Iustus affligitur, & tamen insensibilis non est

Dum superbit impius incenditur pauper, comprehenduntur in consilijs quibus cogitant.

Hieronymus: In superbia impij, ardet pauper, capiantur in sceleribus suis, quę cogitauerunt. Non est autem hęc superbia ea, qua quisq; apud se inflatus sui & sua opinione turget, sed externa pompa, qua alterum subijcit & opprimat coram hominibus superior illo factus, ut Exodi. xv. Cantemus domino, gloriose enī honorificatus est: pro eo quod est, superbiens superbiuit, seu prę ualendo pręualuit, scilicet, super Aegyptios. Firmitaq; dum dominus recedit, & stat a longe & despicit in oportunitatibus, in tribulatione, ut interim impius eleuetur super pium, eiusq; per uim dominetur, hoc est, super eum superbiat, & triumphet. Quare nos hoc uerbi intelligamus pro pompa, iactantia, triumpho, quibus uidemus uictorem super uictum coram hominibus fidere & audere, & uelut de uicto actum sit, securum esse: ubi tum uictoris factio, id sibi negotij habet, uicti quicquid reliquum est, usq; ad internitionem perdere, hoc est quod ardere, seu incendi pauperem dicit. Hebręam autem dictionem, Reu-chlin scribit, non tantum ardere, seu incendere, sed & persequi, significare. Et hic dicendum: Persecutionem patitur pauper. Verum non abhorret significatio incendi, seu ardoris ab hoc loco, immo maioris emphasis est, q̄ Propheta uelit intelligi, pauperes, triumphante impio, penitus in puluerem & nihilum redigi, ac si domus igne consumpta, in cineremq; redacta, nihil relinquat uestigij sui. In quo impiorum studium & uota pulchre ostendit, quibus non est satis, super pios superbe confortari, sed impetum suum eo uertunt, ut omnia eorum & quicquid ad eos pertinet, funditus perdant, plus conātes q̄ possint. Sicut de eis dicit Isaias, xvj. Audiuius superbiam Moab, superbus est ualde: Superbia eius & arrogantia eius & pręsumptio eius, plusq; fortitudo eius. In quo loco ponitur hoc nomen, quod hic superbiam significat. Et eiusdem. x. de rege Assur, Ipse autem non sic arbitrabitur & cor eius nō sic aestimabit, sed

Colonienses exemplo sunt Theologi in Martimum uictores.

ad conterendum erit cor eius, & ad internitionem gentium non paucatum. Et iterum de Moab Hiere. xlvij. Audiuius superbiam Moab, superbus est ualde: Sublimitatem eius & arrogantiam & superbiam & altitudinem cordis eius, ego noui, ait dominus, iactantiam eius, eo quod non sit iuxta eam uirtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere. Vbi iterum fere non aliud quam praesentis uocabulum, toties iteratur, quo superbia ista, furor, impetus impij, ubi praualuerit, describuntur, scilicet insolentia & saeuitia uictoris in uictos.

Magno itaque affectu loquitur aduersus impios, qui cum reuera non uincant, etiam si praualeant, tamen, quia omnium sensu apparet, uictos eorum seuitiae & insolentiae patere, queritur infirma caro, incendi pauperes, dum superbiunt impij. Conatus enim tantus est impiorum, ut uideantur uere superiores in aeternum futuri. Exemplis id optime capiemus. Finge Arriana imperioribus catholicos in exilium missos, superbiante Arriana imperatore, ista canere, & intelliges affectum. Adeo scilicet non uult deus nostris uiribus quemquam inimicum uinci, sed solius sua dextra, ut sint opera & gloria eius soli us. Quare non est temere agendum cum haereticis & impijs, more disputantium Philosophorum, non superatur uis argumentorum, nec rationibus ducuntur, nec autoritatibus capiuntur: Superbiunt super haec omnia & praualent, donec dextera excelsi eos immuret. Quod, ut faciat, non fiducia ingenij, eloquentiae, eruditionis, praesumendum est, sed humili clamore implorandus, sicut huius uersus exemplum nos docet. Sic bella, quae aliquot saeculis contra Hereticos & Turcas geri uidimus, quia uiribus & hominum decretis praesumptimus, retulimus illud Iob. xli. Reputabit quasi paleas ferrum, & deridebit hastam uibrantem. Non uincitur satanas & Christianorum hostis nobis operantibus, sed duntaxat patientibus & clamantibus.

Comprehenduntur in consilijs quibus cogitant. Quod Hieronymus: Capiantur in sceleribus quae cogitauerunt. Idem tamen ubique sensus manet, qui talis est: Impij cum superbiuerint & pauperem oppresserint, adeo non respiciunt, & malum suum agnoscunt, ut his ipsis sceleribus suis potius palpentur, latentur, inuoluantur, indurentur & excarentur, arbitrati se obsequium prestare deo. Hoc enim est genus captionis longe perditissimum, suis proprijs consilijs & operibus capi & excari, quo non nisi impij sunt puniendi, ut *Isaia. v.* Vae qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

Nota itaque impiorum prima perditio est cecitas, ut *Eccle. iij.* Multo enim melior est obedientia, quam stultorum uictima, qui nesciunt quantum faciant mali.

Wen got straffen wil dem thut er die augen zu.

יהפשו Hebraeam Emphasim non reddunt latina uerba. Nam comprehendit hoc loco, non significat hostilem captionem, sed blandam & amicam. Ita, ut & *Genesis. iij.* Iubal scribatur fuisse pater canentium (id est apprehendentium, tractantium, tenentium) in cythara & organo. Ut significet impios sibi ipsis blandiri in malis suis. Sicut & *Prouerb. j.* dicitur: Qui letantur cum male fecerint & exultant in rebus pessimis, cum ipsi non nisi de optimis se arbitrentur gaudere. Deinde in consilijs, pro quibus Hieronymus in sceleribus transiit, hebraeis ambiguum tam scelera quam consilia, seu proposita significare potest, ut si liceat in unum componere significatum, intelligamus opera ex proposito & de industria facta: Non enim impij casu, aut imprudenter agere contra pios sibi uidentur,

Conatus impiorum inanis.

Cum Hereticis qualiter agendum.

Christianorum hostes, quod uincantur.

Captionis perditissimi genus

במזמות

sibi videntur, sed ex magna singulari prudentia, consilio, denique zelo dei. Et nimis apte id nominis hebraei exprimit furorem illum, qui est fons omnium malorum, quem hodie uideo dici bonam intentionem & formatum dictamen recte rationis. In hoc enim mirum est quod confidant, quod audeant, quod presumant, quod sibi placeant, quod irrecuperabiliter capiantur & excrucientur, imprimis pontifices & religiosi, inter hos autem maxime doctiores & sanctiores, quasi necesse sit quod primum dixerint: Formavi mihi & habeo bonam intentionem pro gloria dei & salute animarum, nihil reliquum apud se esse sinistra intentionis & mali sequentis eam operis. Vbi & hanc impietatem adijciunt, quod ex natura libus uiribus & lumine intellectus (ut dicunt) eam fingunt, seu formant, diuinam gratiam, non nisi post formatam, ac certe nunquam requirentes & tamen pro ea intentione audent sine ullo timore, non modo contendere & emulari, sed & totum mundum sanguine & crede, si deus permittat, implere. Quibus si dixeris, esse hanc intentionem pessimam, si spiritu sancto magistro non producat, esseque de naturalibus uiribus desperandum, quod homo mendax, non nisi mentiri possit, atque in timore & humilitate, intentione ista posita, manum dei implorandam solum, clamabunt te haereticum sapere, qui arbitrium liberum neges, & tam pijs intentiones damnaris.

Itaque pro nostro seculo licet hunc uersum, sic reddere: Impij comprehenduntur & placent sibi in suis bonis intentionibus, propter quas dum praualent, incendunt pauperem. Hoc ego libens intelligerem appellari ab Apostolo. *Timoth. iij.* cauteriatam habentes conscientiam, id est, ui formatam & uelut naturaliter male intentionis notam huius adulterinae intentionis stulto zelo naturaliter male intentionis notam huius adulterinae intentionis stulto zelo impressam, sicut maleficis nota per cauterium imprimitur, industria, & ui humana longe, contraria formae naturali. Ita & hi excelsissimi humanae naturae maiestatem ignorantes, formam eius uiolenter intentione bona conantur diffomare, dumque hac adulterina intentione naturale cordis humani mendacium obtulerint, quiduis audere prompti sunt pro gloria dei, honore Ecclesiae, zelo fidei & animarum salute. Deinde quodcumque ausi fuerint, pro suis nihil dubitant esse deo merito condignum & supererogationis gratissimum. Quos si tentes, periculum erit, an cum sancti Petri meritis uelint sua opera conferri. Adeo amplae sunt palpebrae huius Behemoth, adeo capiuntur his suis consilijs, hominum omnium longe infelicissimi.

Iam & uerbum *עֲשֵׂה* cogitauerunt, elegantius & significantius est in hanc rem, quam possit ulla lingua reddere: Significat enim hebraeis non simpliciter, sed artificiose & ingeniose cogitare, quo modo artifices subtiliores in operum uarietate cogitant, psalmo. *li.* Tota die iniusticiam cogitauit lingua tua. Inde Reuchlin dicit, ab hoc uerbo nominari magistralem Theoricam, seu Mathematicam, & omnem artem quae ratione & demonstratione inuestigat. In quo pulchre spiritus impiorum depingit cogitationes. Qui cum non praebent se regendos gratiae dei, sed bonis suis intentionibus sibi placeant, incredibile est, quod diligentes ingeniosique sint in suis operibus, tum faciendis, tum statuendis. *Es seynd eytel subtilitet vnd lauter kugeller.*

Accedit his & alia significatio uerbi, quae est putare, aestimare, in precio habere, ut intelligas impijs nihil esse in oculis suis preciosius, quam sua consilia, suas cogitationes, suas bonas intentiones.

Vide ergo, quod non desint spiritui sancto, qui solus optimus est Orator,

V iij uerba,

*Spiritus sanctus
Orator
optimus.*

uerba, rem, apte, proprie, aperte, plene, describentia. Quis impiorum cecitatem, etiam longa oratione feliciter absolueret, quam ipse tribus his uerbis, si animo attendas, tam breui copia sic exposuit, ut nihil addi, nihil demum possit. Non cecitatem modo, sed affectum uniuersumque habitum & modum eius, tam paucis uerbis effinxit.

Si quem nostra translatio mouet, quod dicit, Quibus cogitant, pro quibus cogitauerunt, potest eo fugere, ut cogitare pro uerbo absoluto accipiat, ut sit sensus: Quibus cogitant, id est, quibus sunt cogitantes, artificiosi, ingeniosi, in oculis suis praeiosi, & (ut uulgo dicitur) *Sie von yn selbs vill haltē yn yren radten vnd thaten/das sy ouch am meysten betriegt/* hoc est, comprehendentur. Hoc est enim cur sic clamet & queratur dominum a longe stare, quod impij suis sceleribus etiam indurentur magis ac magis, ut non sit spes eos uia ci patientia pauperum, nisi dominus adiuuet.

Quoniam laudatur peccator in desyderijs animae suae, & iniquus benedicitur, Exacerbauit dominum.

Hic & sequens uersus scede sunt decerpti in translationibus, sequens enim uersus incipitur ab eis, ita: Exacerbauit dominum peccator, cum in hebreo a nominatio, peccator, incipiat, & quod praecedat, Exacerbauit dominum, ad hunc pertineat. Sic enim & diuus Hieronymus: Quia laudauit impius desyderium animae suae, & auarus applaudens sibi, blasphemauit dominum.

Iterum uocabula negotium afferunt, Peccator est impius ille *שורא*, Sanctus diaboli. Desiderium animae eius, est placitum suum. Iniquus, quem Hieronymus auarum transtulit, generale nomen est ad auarum & offensorem, ut qui pro licentia sua laedat, noceat, iniuriam faciat quibus libitum fuerit, ut solent auari. Et melius noster iniquum, quam Hieronymus auarum reddidit, cum iniquitas & iniuria, atque nocendi licentia & latius pateat, quam auaritia, & hic magis ad rem commo- detur, ubi de oppressoribus loquitur pietatis.

*Desyderia im-
piorum.*

Est ergo sensus. Postquam impius praeualuit & pauperibus uastatis, in suis sceleribus induratus & excecatus est, adijcit, ut sua non nisi iacet, praedicet, laudet, id querens, ut, & coram hominibus talis sit, qualis in oculis suis est, ideo contendit, ut sua placita, quae ipse sentit, facit, contra pios fieri cupit, omnium consensu probentur tanquam utilia, sancta, iusta, aedificatoria, nihilque sit in eis quod non omnes laudent; contra, piorum desyderia & quae ipsi sapiunt, eodem omnium consensu damnentur, ut noxia, impia, haeretica, & ut nostro seculo aucta sunt uocabula, scandalosa, erronea, seditiosa, piarum aurium offensiuua. Atque in his debet impius praeualere, ut locum in eo habeat oratio & affectus huius psalmi. Altera ergo perditio impij est, eo procedere in impietate, ut gloriatur in malitia & potes sit in iniquitate, psal. 1j. Vt ster abominatio in loco sancto.

*Ecclesiastica
tyrannis.*

Huius uersus sensum, iam a multis annis Ecclesiastica tyrannis impleuit, implebitque posteris temporibus amplius. Hic enim quia nomen Christi uelamentum nequitiae factum est, quicquid pro libidine sua nocuerint populo Christi, quicquid statuerint, quicquid placuerit, si quispiam non benedixerit & laudauerit, haeticus erit, seditiosus erit, blasphemus. Ut impleatur scriptura, quae dicit: Mittet eis operationem erroris, ut credant iniquitati, qui charitate ueritatis non acceperunt, ut salui fierent. Oportet enim Antichristum hoc psalmo de-
picum

pietum cum suo corpore, sub nomine Christi adorari & timeri, sicut merita in
 gratitudinis nostrae exigunt. Nec abhorret quod, pro iniquo, avarum, Hiero-
 nymus transtulit, nisi quod atrocior est iniquitas quam avaritia: tum avaritia impijs
 illis pontificibus & idolis Antichristi, uel imprimis tribuitur in scriptura, prae-
 scribitur Isaia. v. & psalmo. v. ubi sepulchro patenti, guttur eorum comparat,
 Et ita, tum in summo robore & uirtute, ut nunquam ita uisa fuerit, neque futura sit,
 ut cum fine mundi pariter finiatur.

Exacerbauit, quod blasphemauit, Hieronymus transtulit. Tertium malum
 impiorum explicat, quod est irritare, amaricare, blasphemare deum. De quo
 psalmo. v. dixit. Sed in multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoni-
 am irritauerunt te domine. Non autem intelligendum, fore, ut impius atque
 adeo ipse Antichristus aperte & ad sensum blasphemet deum, cum nomine
 domini maxime sit usurus ad erroris operationem. Hoc enim ipso praevalent
 impij pauperibus, quod sicut Raphael Isaia. xxxvj. gloriantur se a deo ue-
 nisse, dei esse quod dicunt, faciunt, statuant, ubi necesse est seduci,
 quod quod spiritu dei non aguntur.

Sed haec est blasphemia, quod impietatem & iniquitatem suam non modo
 non agnoscunt, sed pro pietate & bonitate dei iactant, per hoc deo tribuentes
 opus pessimum & nomen abominatissimum, quo deus uehementer irrita-
 tur, qui alioqui confitentibus peccatum suum, suauissimus pater est. Rursus
 uerbum & opus dei, quod in pauperibus suis posuit, non solum non reuerentur,
 ac nomine dei dignantur, sed diabolo & iniquitati deputant, per hoc deo au-
 ferentes, quod suum est, & diabolo tribuentes. Sic Apostolus. ij. Thessal. ij. de
 impiorum principe Antichristo dicit, quod extolletur, non simpliciter super deum,
 sed supra id quod colitur, aut quod dicitur deus, seu, ut graece dicitur: super
 omnem dictum deum & cultum: ut indicet supra deum, ut in sua natura est,
 nihil posse extolli, sed, ut est praedicatus, cultus, adoratus, id est, sup culturam
 dei, hoc est, in opinione & affectu hominum, apud quos solos praedicatur & coli-
 tur per uerbum & fidem. Quod ego non aliter intelligo, quam uerbum hominis
 impij praefendum esse aliquando uerbo dei, & hominem in loco dei seden-
 tem, supra deum timeri & coli. Ad quod ij conari uidentur, qui Romanum
 pontificem dubitant esse purum hominem & eius uerba praefereunt sacro Euan-
 gelio Christi, quae est uere blasphemiarum summa.

Antichristum
 illi regnare,
 quoniam uidet,
 et omni Ecclē
 sua sedentia.

Extollētia An-
 tichristi quō
 accipiēda.

Notā.

Peccator secundum multitudinem irae suae non quaeret: Non est deus
 in conspectu eius.

Hieronymus: Impius secundum multitudinem furoris sui non requiret, nec deus
 in ullis cogitationibus suis. Vbi id primo obseruandum, quod uehemens sit hic
 psalmi spiritus, qui toties uocabulum, impius, ingeminat & repetit. Deinde
 pro multitudine irae suae, rectius Hieronymus, secundum multitudinem irae suae, id est
 pro superbia & elatione tumoreque furoris sui. Significat enim dictio hebraea, גבה
 proprie altitudinem, seu superbiam, ut psal. c. Superbo oculo & insatiabili cor-
 de, cum hoc non edebam. Et. cxxxij. Domine non est exaltatum cor meum,
 neque elati sunt oculi mei. Meoque iudicio, Caph, pro Beth, legentes transulerunt:
 secundum altitudinem, seu secundum multitudinem, cum dicendum fuerit: In altitudine,
 Quod autem ad deum ista multitudo irae, ab illustribus patribus relata est, distinctio
 uersus male posita, in causa fuit: refertur enim ad impium.

Et quod

Et quod, In conspectu eius, noster dixit, & Hieronymus, In omnibus operationibus suis, non multum officit sensui tamen in hebraeo eadem dicitur quam superius uersu secundo, in consilijs, & Hieronymus in sceleribus, translationibus, hoc uocabulo intellexisse monstrum illud & larvam, impiorum enim hypocrisis inuehitur spiritus psalmi huius, qua excitati non uidentur blasphemare deum, sed maxime laudare, nec superbire, aut incendere pauperes, sed persequi supbos & impios, nec comprehendi suis consilijs & falli, sed libera rima & certissima ueritate agi: Ita deum esse in suis consilijs & bona intentione, certissimi sunt, & in uniuersum, quicquid hoc psalmo eis imponitur, ad se alienum esse ducunt, ut contumelia & conuicti loco habeant: contra quam pro sancta ueritate & honore dei & gloria Ecclesie summum meritum sperant, si pugnent omnibus maledictis, dolis, artibus, uiribus: esseque potius hanc eorum quos persequuntur. Ita fit, ut excitas impiorum primum malum, sit causa totius huius belli & omnium malorum. Exempla impiorum sunt ad manum, in Christo, in Apostolis, in Martyribus, inter confessores, pulchre Athanasius Episcopus, & Lucius Arrianus, qui etiam stricto gladio, & ui armata persequerentur Catholicos, ut lib. xj. Ecclesie historie legimus. Simile, si nodum actum est, ageretur per Episcopos & religiosos futuris temporibus, proditionibus, iuribus, priuilegijs suis: ut impleant mensuram patrum suorum.

Theologorum Quarta itaque uirtus sanctissimorum & doctissimorum hominum (id est, impiorum nostrorum, doctorum) est altitudo irae, id est, superbia, elatio, inflatio, tumor animi. Quos Apostolus *Primalium uirtus.* Timor, ij. quoque praedixit, dicens: Erunt homines superbi, elati &c. Ac uim, pondusque uerborum uide, non simpliciter iram, sed superbiam irae, eis tribuit, quae aduersus pios superbissimi contemptores, de ira & furore tanquam summis meritis insentur, effertur, gloriantur, tantum abest, ut pauperum miserentur, suique mali eos poeniteat, quo insaniunt. Causa huius ceruicis ferreae, & frontis arae (ut Isaias. xlvij. uocat) est haec, quae non pro pecunia, neque pro rebus alijs corporis, sed pro deo, pro ueritate & iusticia (id est, pro consilijs suis quibus comprehensum sunt) pugnant, in quibus nihil fieri potest, quod eorum iudicio nimium sit. Proinde recte dicit: Impius secundum altitudinem, seu multitudinem irae suae non quaerit, **Et frage noch niemangs.** Est enim uerbum, quaerit, absolutum, significans, id quod germanice iam dixi, **Et achte seyn nit.** **Et frage nichts darnoch.** non facit inquisitionem, non curat, non est sollicitus. Qui enim quaerit, sollicitus est, & timoratus & rationem sui habet: Hic fert praecipuum, superbus, sine timore, securus, utcumque intentio sua bona rapuerit, nec patitur superbia irae suae, ut consideret, deliberet, aut inquirat quid faciat. Hanc enim incogitantiam praecipitem significat, quae dicit: Prae altitudine irae suae non quaerit, scilicet, non solum hominem non reueritus, sed etiam, nec deum habens in omnibus suis consilijs, seu in conspectu tuo. An non hoc est impium graphice suis pingere coloribus & affectibus eius moresque omnes tam certo ictu tangere, ut nec a capillo aberraret? Sicut Iudic. xvij. de filijs Beniamin dicitur. Quae omnia si obserues, & in quas personas inuehatur, nempe potentes, principes, magistratus, sacerdotes, sanctos, sapientes, qui corruptam hominibus & in oculis suis longe aliud sunt, cogis dicere, spiritum prophetae, hereticum esse haeticum, conuictorem, scandalosum, seditiosum, Tres colores piarum aurium offensiuum. Ac sic tres colores impiorum hic uersus habet, superbia seu iracundiam elatam, praecipitem incogitantiam, & contemptum,

ac negle

ac neglectam dei, Sic tamen (quemadmodum dixi) neminem sinant de mode-
 stia, prudentia, pietateq; prae se gloriari, aut celebrari. Oportet enim impios
 monstruosissimo uitae genere, esse quod non sunt, & non esse quod sunt.

Inquinatae sunt uiae illius in omni tempore, Auferuntur iudicia tua
 a facie eius, Omnium inimicorum suorum dominabitur.

Pro inquinatae sunt, Hiero. & hebraeus, Parturiunt. Ac poterat latinus aliq;
 scriptor, pro in quietae, scripsisse uideri in quinatae, quasi interpret parturientis
 affectum per in quietudinem reddiderit, nisi Aug. & ueterum exemplaria una
 cum Graecis resisterent. Augustinus enim legit: Contaminantur uiae eius, Sen-
 sus nostri textus erit. Et si impius sibi mundus uidetur in uis suis, tamen cum
 sit ipse inquinatus, in quinatae sunt uiae eius omni tempore. Sicut Prover. xxx.
 Generatio quae sibi munda uidetur, & tñ non est lota a sordibus suis: Genera-
 tio cuius excelsi sunt oculi, & palpebrae in altum surrectae: Generatio, quae pro-
 dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, ut comedat inopes de
 terra, & pauperes ex hominibus. Quibus uerbis idem qui hoc psal. impius de
 scribitur. Sunt sane impij etiã ea praesumptione, ut si quid patiãtur, aut sinistra
 ceciderit eorum studium, de patientiae corona gloriẽtur, adeo nunq; non opti-
 ma de se sentiũt, contra quos dicit, In omni tempore, id est, tam prospero, q; ad-
 uerso, siue quid bene gesserint, siue mala passi fuerint, pollutũ & in quinatum
 est. Quasi cum Apostolo Tit. j. dicat: Cum sint abominati & increduli & ad-
 omne opus bonum reprobj. Et iterum: Omnia munda mundis, in quinatis aut
 tem, & infidelibus nihil est mundum, sed in quinatae sunt eorum mens & con-
 scientia. Siquidem impij, qui iusticiam suã in opera diuidunt & suis se regunt
 consilijs, non possunt esse homines oium horarum, omniu operum, omnium
 rerum, liberi scilicet & indifferẽtes: Sed certis adhaerẽt, in quibus fidũt propter
 quae & belligerãtur. Ideo dicit, q; in omni tempore sint uiae eius in quinatae, uo-
 lens q; maxime eo tempore, q; sibi purissimi uideãtur. Et hic locus ualet in eos,
 qui bona moraliter facta, reponũt inter opera nõ mala, ppter uim naturalem
 lib. arb. in bonũ. Sed stat sentẽtia: Inquinatae sunt uiae eius in omni tẽpore.

Hebraeus nõ, longe distat ab hoc sensu, quia parturire est, inquietũ esse, & in
 doloribus agere, in quo significat impiorũ studia quãtumlibet bona, nõ fieri
 animo hilari & gratuito, sed in quieto, tristi & dolẽte, quia dũ spiritus pingue-
 dinem non habet, non nisi cũ legis odio & difficultate bona faciũt, difficultas
 autem & inuita uolũtas, conscientia quoq; tristẽ reddit. Atq; hoc ipsum in qui-
 nat eorũ omnia opa bona, q; in quieto, rebelli, inuito, tristiq; corde ea faciũt.
 Aut si libẽter ea faciũt, iam subtiliori pollutione foedãtur, dũ affectu commodi
 siue cõmodis allecti, cũ nunq; dei amore, & affectu iusticiae ea faciãt. Oq; gran-
 de hoc uerbu: Quãtos hodie capit & non capit, qui faciẽdo qd in se est, & mo-
 ralibus uirtutibus intẽti, hanc suã cordis in quinationẽ non obseruãt.

In hebraeo, Omni tempore, iungitur ei quod sequitur: Auferuntur iudicia
 tua a facie eius. Simpliciterq; dicitur: Inquinatae sunt, seu parturiunt uiae eius,
 q. d. quicquid facit boni, & laboriosum est, & tamen immundum simul. Atq;
 ut supra psal. j. diximus, uias uocat, cum tamen potius sint errores, quia foris
 bona uidentur hominibus eorum opera, dum in uestimẽtis ouium incedunt,
 sed intus ubi inquinati sunt, Lupi sunt rapaces.

Huic in se

Hic infelicissimo impiorum nomini, q̄ speciosissima eorum, uita
 deo in quinata pronūciatur, additur & hoc, quod iudicia dei sint longe a
 eorum. Quo exprimit, quod dixit: Non est deus in conspectu eius. Vnde
 ostendere quomodo sint sine timore dei, iudicia (inquit) tua, quibus pro pe
 peribus tandem surgens iudicabis, & omnes reos facies qui superbiunt, sicut
 longe sunt a facie eorū, ut nunq̄ super sese uentura certissimi sint. Ad hoc dicit
 Isa. x. Quid facietis in die uisitationis & calamitatis de longe uenientis? Vnde
 ergo, pius cum Iob ueretur omnia opera sua, cum tamen sint munda, tam pe
 pe sunt ei iudicia dei, coram quo non iustificatur omnis uiuens, si intret in iu
 dicium cum eo, psal. c. j. At impius cum sint omnes uix eius in quinata, nūq̄
 tamen ueretur opera sua, tam longe sunt ei iudicia dei: Quin superbius habet
 unde deum debitorem suū expectet, operibus, scilicet condignis uita aeterna,
 tum & cōgruis & supererogationis, sicut nostro seculo docuere Magistri, qui
 uni momentaneo actui meritorio tribuunt dignitatem meriti aeternae gloriae.
 Quae, quis Turca apud nos doceri crederet?

Omnium inimicorum suorum dominabitur. Hieronymus: Omnes inimicos
 suos despicit. Nec fatis scio, quae sit huius uerbi יריב germana significatio.
 Nam psalmo. xj, sic reddit: Fiducialiter agam in eo. Abacuk. ij. Et apparebit
 in finem. At Prouerb. xij, Profert mendacium testis dolosus. Quomodo er
 go conueniunt, despiciere, damnari, fiducialiter agere, & profert: Noster sane
 sibi constas, pro dominari idem intellexisse uidetur, quod per fiducialiter age
 re, quod expressius Hieronymus despiciere dixit, qui enim despicit, fiducialiter
 ter agit, ac uelut superior in uictum dominatur. Dicit Ioannes Reuchlin he
 mulitando secum parare, disponere, loqui. Quod interim sequamur, ut sit sen
 sus, impios esse adeo superbos & contemptores omnium in uita sua, ut etiam
 omnes tribulatores, seu aduersarios suos cum fiducia despiciant & cum despe
 ctu in eos loquantur, tanq̄ nihil nocituros. Vbi si per neutrum, seu impersonale
 interpres reddidisset, clarior sensus fuisset, ac tam praecedentibus q̄ sequenti
 bus pulchre congruisset, in hunc modum: Omnes tribulationes suas despicit,
 hoc est, adeo securus est, adeo longe sunt iudicia dei, a conspectu eius, ut etiam
 derideat sibi denūciatas futuras peccatorū poenas, cum ad se eas non pertinere
 arbitretur, ideo contemptim in eas secum meditatur & loquitur. Hunc sen
 sum iuuat, quod iudicia dei praemisit contempta, per quae impijs intentatur &
 infertur tribulatio. Deinde, quod צורראי zorrai, non inimicos, sed tribulato
 res suos significat, scilicet, qui angustiant & affligunt, ut psal. ij, & vj, dictum
 est, Hunc contemptum poenarum passim tribuit impijs scriptura. Amos, ix.
 In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt, non appropin
 quabit & non ueniet super nos malum. Isaia, xxvij. Dixistis, percussimus foe
 dus cum morte, & cum inferno fecimus pactum: Flagellum inundans cum
 transferit, non ueniet super nos, Michea, ij. Ne loquamini dicunt, non stilla
 bit super iustos, non comprehendet confusio, dicit domus Iacob. Ita uerbum
 hoc loco omnino significat, non modo loqui, sed cum fiducia & despectu lo
 qui, sicut solet dominus & superior. Sic potest illud Prouerb. xij, nunc intelli
 gi: Profert mendacium testis dolosus, id est, cum fiducia & despectu loquitur
 mendacium, non metuens poenam mendacij, Sed & uersus se quens indicat
 hanc esse huius partis sententiam, dicens,

Dixit enim

Dixit enim in corde suo, non mouebor a generatione in generationem sine malo.

Ecce contemporem tribulationis futuræ, iudiciorumq; dei. Interpres, hebræum non exprimens, cōtrariat sensum edidit, quem textus non habet. Sonat enim quasi impius pponat semper malum facere, cum uelit nullo se unq; malo moueri. Quare & distinctionem & hebræum sensum, sic reddamus ad uerbum. Dixit in corde suo nō mouebor in generatione & generationem, quod non in malo. Sic & Hieronymus, licet aliter distinguens. Dixit in corde suo, non mouebor a generatione, ero sine malo. Adficiens uerbum substantiuum, ero, quod hebræis subauditur. Est ergo sensus apertus, qd impius in tribulationes sibi denunciatas contempit loquitur, dicens: Non mouebor in eternum, eroq; sine malo per omnes generationes. Estq; eadem sententia utriusq; partis uersus per tautologiam. Est & idiotismus hebraicus in uerbo mouebor. Vt psal. xliij. Qui facit hac, non mouebitur in eternum. Subindicatur enim pauor ille, fugaq; conscientia. De quo Isa. xxviii. Qui crediderit, non festinabit, seu, non confundetur, non perturbabitur. Et psal. i. Non sic impij, sed tanq; puluis, quem prōicit uentus.

Cuius maledictione os plenum est & amaritudine & dolor, sub lingua eius labor & dolor.

Hieronymus sic: Maledictione os eius plenum est & dolis & avaritia, sub lingua eius dolor & iniquitas. Primum errasse interpretem nostrū in nomine אמרימה amaritudine perspicuū est ex hebræa lingua: proprieq; pro eo Hiero. reddidit. Et dolis. Sic enim psal. xxij. quocq; trāslatum est: Nec iurauit in dolo proximo suo. Cum amaritudinis uocabulum nō habeat, Mem, substantialem literam, sicut istud, Quod noster dolum, Hiero. avaritiam posuit, usuram alias reddunt, psal. lxxj. Ex usura & iniquitate redimet animas eorum. Et ambæ dictiones psal. liij. sic redduntur: Et nō defecit de plateis eius usura & dolum. Scio uarie hunc uersum tractatum & tamen obscurissimum relictum. Id mihi persuadeo, dum oris & linguæ officium arguit, eum de operarijs uerbi, hoc est de sacerdotibus, pontificibus, doctoribus & ministris uerbi in populo loquitur. Proinde non posse intelligi de his, qui maledictis priuatim & conuicijs infamant: Sed de maledictione quæ in docendo contingit & populo nocet sub specie benedictionis. Quando enim uere uerbum dei prædicatur, gratia & benedictio prædicatur. Sicut Ro. i. Euangelium uirtus dei est in salutem omnium credenti. Quæ benedictio olim Abrahamæ promissa est Genesis. xij. Quamuis autem psal. v. huius uersus sententiam abūde tractauerim, ubi dicitur: Qm non est in ore eorum ueritas &c. tamen quia tam potens monstrum est ad nocendum, doctor impius, dignum est sapius ipsum tractari.

Primum sicut cetera omnia, ita & hunc uersum uehementi spiritu loquitur in impijs appellans maledictionem & execrationem doctrinam eorum, quam ipsi benedictionem esse populo persuadent. De quibus Apostolus Ro. ultimo. Qui per dulces sermones & benedictiones corda seducunt innocentium. Isaia. i. iij. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Sed & Apostolus ad Timotheum prædixit futuros magistros prurientes auribus. Has itaq; blandi loquas

loquas prædicationes (sicut reuera sūt) appellat maledictiones. Sic & Maledicam benedictionibus uestris. Deinde quanti spiritus uox est, quod dicit: Os eius plenum est: Mitius erat, si os eius loqueretur maledictionem. nunc plenum est, aliud non loquitur, nisi unde maledicatur a deo populo. Moueret & me ipsum hic uersus, ut psalmum de Antichristo intelligerem. Magnates Ecclesiarum & electiores Israel eadem impietate impeditos, non aliud agere, quam subter scamnum (ut uocāt) posito. Nam si mihi Ecclesiasticorum & dominantium in Ecclesia administratio hodierna esset oratione propria, apta, commoda, plena, perfecta, differenda, hunc psalmum recitarem. Quando eo deuenit etiam impudēs nostri seculi impietas, ut si quæras: Cur nolint audire Euangelium, respondeant, fabam hanc in se cudi, multum de censu & tyrannide periturum, tum multas iniquissimas leges tolli, & qd maxime omnium sit horrendum, Ecclesiam & Ecclesiasticos oportere reformari, ubi positus pompa, festu, regnis & mundi negotijs, ministerio uerbi & orationi instandum sit, & Apostolorum exemplo in penuria & periculo uitæ pro ueritate uiuendum. Quod ne fiat, potius omnia prædicemus, siue hinc populorum animæ maledictionem capiant, siue quid peius. Ita fit, ut ego quidem Antichristum uenisse, non ausim dicere, negare tamen non possim ea quæ geruntur omnia referre plenissime Antichristum. Mouetq; me non parum, sanctos ferme omnes & præcessores nostros uno cōsensu, uelut spiritu sancto magistro, hūc psalmum Antichristo dedisse, quem tamen, nisi uelimus sensum negare, nō possumus non fateri, hodie impletum esse usq; ad minimum apicem & iota.

Amaritudine & dolo, seu rectius dolis & avaritia, seu usura & fraude. Diximus psalmo. v. impios Doctores ita docere, ut populum fallant, & dolose agere, tantum, ut uentri suo satisfaciant. Sicut & Paulus dicit: Existimantes quæstum pietatem esse. Et iterum Ro. ultimo: Hi enim uentri suo seruiūt, quorum guttur est sepulchrum patens. Voluit forte spiritus sanctus dicere, simoniam, sed præuidit acutissimos glossatores futuros, qui simoniam esse de iure humano inuenirent: Ideo avaritiam, seu fraudem, seu usuram potius dixit, quæ sunt iuris diuini, quod non possunt negare. Qui hæc non intelligit, Decreta, Decretales, Rabothenu distinctiones obseruet. In quibus præter avaritiam, dolum, tyrannidem, uix aliud spirare ipsi fatentur. Hoc enim exemplo uersum hunc intelligemus facilius, cum sit præsens & ob oculos positū. Non reiecerim uocabulum, Amaritudinis, tanto tempore & usu receptum, nō sine dei uoluntate, qd hæc blandiloquentia & humana traditio, quantum palpat & placet carnis sensui, tantum amaricabit postea cōscientiam, ubi ignorato Christo, cœperint iudicari scdm opera sua.

Laborem & dolorem (id est, Auen & Amal) psal. vij. tractauimus, qd Auen proprie dolorem, quod hic laborem, & Amal laborem, quod dolorem transtulit, significet: Optime doctrinas hominum has commēdat. Quid enim ex his omnibus homo habet, nisi inquietam, miseram, excarnificatamq; conscientiam? Vere & proprie sub lingua horum, dolor & labor. At tales heu innumera bilis facti sunt ex luribus, & Theologia ista scholastica, per hos trecentos annos. Sic enim exempli uice loquimur, sic fieri potest, ut Antichristus alius futurus sit, & peiora faciat. Etrecte, ut quantum foris titillantur impietatis doctrina, qua per opera hominum ad cælum facilem aditum sibi parant, tantum

Magnates Ecclesiarum ad monendi.

Euangelium quare tægre audiatur nōstrotempore.

Antichristum uenisse probabile.

Doctrina hominum.

tantum inanis, uacui fide, uexentur studio infelici bene uiuendi, sudentq; mil-
 tum & frustra laborent, ut cum sua generatione (Sap. v.) lassentur in uia per-
 ditiois & iniquitatis, & ambulent uias difficiles: Et (ut psal. xij. dicitur) uiam
 pacis non cognoscant, & sit contritio & infelicitas in unjs eorum: Et (ut supra
 dicitur) Parturiant uix eius. Iste est populus Amon, populus mœroris, qui natus
 est ex abusu patris sui, id est, doctrina ebria & deprauata legis, quæ cum testifi-
 cetur iusticiã dei, quæ est ex fide Christi, ipsi eam humanis opinionibus aptant
 ad iusticiam suam, & in liberum arbitrium reponunt.

Vide ergo quid sit docere populum sine Christo. Nam id quod hic dicitur: Docere pos-
 Maledictione os eius plenum est, supra psal. v. dixit: Quoniam non est in ore pulum sine
 eorum ueritas, seu rectum & bonum, Et quod hic dicitur, seu amaritudine, illic, Christo.
 Interiora eorum insidiat, seu cor eorum uanum est, Et hic auaritia, seu usura,
 & dolor, illic, Sepulchrum patens est guttur eorum. Hic sub lingua eius, labor
 hic non frustra, sub lingua dicit, ostendens q; super linguam, seu in specie, ubi
 sentitur, bonus uidetur sermo in oculis eorum, sic enim blanda & læuis est lin-
 gua, sed subtrus & in re ipsa, labor & dolor. Adeo hic uersus cum illo uersu per
 omnia conuenit, sed, & uehementia spiritus nõ impar est utriusq; ut ostensum
 est in pondere, & ut uerborum utriusq; psalmi.

Sedet in insidijs cũ diuitibus, in occultis, ut interficiat innocentem;
 Oculi eius in pauperem respiciunt.

Hiero. sic: Sedet insidians iuxta uestibula, in oculis interficit innocẽtem,
 oculi eius robustos circumspectunt. Proinde mirum, quo spiritu, interpres no-
 ster, cum diuitibus dixerit, cum nec in hebræo sit præpositio, cum, neq; iuxta,
 neq; ut. Et dictio וַיִּשְׁתַּחֲוֶה hazerim simpliciter posita sit, quæ uillam, uel atrium
 significat autore Reuchlin. Quod & Hiero. indicat, trãsferens uestibula. An
 forte q; diuitũ atria seu uestibula solent frequente populorum turba obsideri?
 aut q; atria & uestibula pprie diuitum sunt? Rursus, nec satis placet, q; Hiero.
 robustos, p paupere trãstulit. Sepositis interim, quæ alij hoc loco tradiderunt,
 asseram spiritum meum. Videtur mihi Propheta prose qui describendo, perdi-
 tum studium & mores impiorum, quos in docẽdo habent. Dixerat enim uer-
 su præcedente, quæ sit & cuius fructus, doctrina eorum, scilicet, maledictio,
 auaritia, dolus, mœror & labor. Iam hoc uersu describit, quomodo se habeant
 aduersus pios magistros, sibi cõtraria docentes. Oportet enim doctorem, nõn impij magi-
 modo sua docere, sed etiam aliena confutare, quod impij strenue conantur & stri quõ se ha-
 implent. Verũ ubi id ratione & ueritate nõn possunt (sicut uere non possunt) beant aduer-
 ad ultimum suæ uirtutis cõuertuntur, scilicet, ad uim & astum, ut prohibeant, sus pios.
 ne quis contra dicat, aut aliud doceat. Deinde, si quis contradixerit, interfici Colonienfes,
 ant, nulla alia causa, nisi, q; contra prohibitum docuerit. Tandem adhibeant Louanifses,
 ubiq; qui obseruēt huiusmodi docetes, ut eos tradãt, ac sic per uim Euãgelium Louanifses,
 Christi extinguant, & folius hois regnet doctrina. Q; pulchre possem huius magistri pala-
 exemplum præsentissimum adducere, nisi metuerem eos nõn nisi peiores ueri- tis, Thomã
 tate fieri. Et certe (ut de Turco taceã interim) si nostri prauitatis inquisitores &
 fortiter tamen Antichristo præcludunt, & exemplo suo nobis sensum eius cla-
 rum reddunt, quod cum bona uenia eorum dixerim.

*Habere nos il-
lum Antichri-
stū ipsissimū
quis dubitat?*

Primum Antichristus soli sibi ius interpretandæ scripturæ arrogabit, sicut Turca cæpit, & omnium aliorum sensum coget suo submitti, quin dubitabit etiam si sexcentis Apostolis contra pugnes. Et hanc eius impietatem fouerunt plurimi, & præsertim ij qui aliquid sunt in hac uita: Nempe Magnates, Doctores, religiosi. Non enim aperte tollet Euangelium, sed subdola hac ecclesiæ persecutionem fuisse uiolentam per mundi principes. Secundam fraudulentam, per hæreticos. Tertiam fore uiolentam & fraudulentam simul, ubi scilicet, temporalis & spiritualis potestas, in unum conuenient aduersus dñm & Christum eius. Hoc est, quod dicit: Sedet in insidijs, id est, doctor est insidiosus & pestilens. Sicut psalmo. j. In sessione illusorum non sedet. Non enim Christum docet, sed hoc insidiosissime & omnibus artibus agit, ut ipse solus sedeat, ipsum solum omnes audiant, magisterium omnium sibi soli uindictet, arbiter fiat omnium quæ in Ecclesia docentur, damnaturus & probaturus quæcunq; placuerint, maxime quæ contra, & pro tyrannide sua ualuerint, nam cetera non magnopere curabit.

*Vis & potentia
humana.*

Hanc autem insidiosam autoritatem docendi, ui & potentia stabiliet, alioquin fraudulentia non diu persisteret, nisi uiolentia muniretur, si liberum reliqueretur bonis hominibus de eius autoritate & doctrina iudicare, disputare, dubitare. Quare ut uice articulorum fidei eius sententia (qualis sit) dominetur, hanc sessionem insidiosam in atrijs iuxta uestibula, seu (ut nostrum interpretem non infeliciter in uocabulo fecit errare spiritus sanctus) cum diuitibus, in propatulo, publico mundi teatro firmabit. Quid enim uoluit, non atrium, sed atria pluraliter dicere, seu uestibula, nisi q; in omnibus Ecclesijs, scholis, uniuersitatibus, consistorijs & omnino in omnibus locis, ubi, uel res diuinx sunt, aut uerbum ministratur, aut hominum cause aguntur, huius sessionis, autoritas, doctrina, mandatum, approbetur, roboretur & adoretur, non a rudi tantū uulgo, sed a potentibus, diuitibus, sapientibus, sacerdotibus? Atria enim, seu uestibula in scripturis certe locum significant externum, in quo populi cōuenire possunt, ab adytis & altaribus, & sacerdotum choro, separatum, ut in Exodo & alijs locis patet.

*Argumentum
a multitudine,
magnitudine,
longitudine,
rebus fidei.*

Ego siquid auderem in lingua hebræa, sic transferrem hanc partem uersus: Sedet in insidijs atriorum. Cum Hæzerim absolute sine titulo, aut ullo consignificatiuo ponat, ut sit sensus: Atria quæ sunt arte & insidijs occupata, seu ad insidias & fraudes eius explendas parata, erunt eius cathedra & in omnibus ipse solus magister erit. Siquidem, sedere, psal. j. diximus id esse, quod magistrum seu doctorem esse. Nam per hæc atria suam autoritatem insidiosissime stabiliet. Quis enim audeat contradicere omnibus Ecclesijs, scholis, iudicijs? cum sit speciosissimum argumentum a multitudine, magnitudine hominum & longitudine temporum, quo uel solo satis insidiarū habebit, ut secure sedeat & dominetur. Quod si quis per insidias atriorum intelligat insidias diuitum (ij enim atria habent & amplas possessiones) forte non inepte nostrum interpretem tuebitur, qui uideat loqui de Ecclesiarū & pōtificum diuitijs, pompa, quibus impius ille sedem insidiosam firmabit.

Deinde: In occultis interficiet innocentem (id est, suo iudicio hæreticum, schismaticum, rebellem, inobedientem, seditiosum, piarum aurium offensiuum quia

curia quia ueritatem Euangelij professus est, cum crimine lesæ maiestatis, & ir-
 reuerentia sedis Antichristi interficiatur in occultis: Nam nec uiolenter
 stabili fraus facta tuta est a luce Euangelicæ ueritatis, si passa fuerit eam cor-
 dia non reuelentur, nec conuincendus autoritate uerbi dei, sed auctoritate sedis
 illius atriolorum. Sicut Ioannes baptista in carcere, sua corporali morte præ-
 figurauit, ita uox Euangelij in occultis, non cognita causa nec reddita ratione
 obrutetur, & prædicator eius interficiatur, aut etiam comburatur. Quid enim
 est aliud, in occultis occidere, sicut quidem Martyres occisi sunt: Nempe Ger-
 thadius, & Prothasius, & sine causa, aut falsa causa occidere, dum timeatur tumul-
 tus in populo, si rei ueritas prodatur: Sicut enim de occiso occulte dicitur: Verū
 scitur ubi, & quo modo perierit, ita, & de iniure occisis idem potest dici. Verū
 spiritus in occultis dicit, quantum est in oculis piorum hominum, id est, illorū,
 quibus causa ignota est in qua pereunt innocentes. Cæterum impius in sua ty-
 rannide obstinatus, satis apertam iactat esse causam, quod sibi contradicū est.
 Ideo nemo audeat dicere, in occultis aliquē esse occisum ab eo, sed in luce aper-
 te ueritatis omnia ab illo gesta. Ex his occultis Germanice prouerbio dicitur:
Es geh vnder dem hūdlin zū / ut intelligas Germanice prouerbio dicitur:
 aut rerum, sed artis, causarum, iudiciorum, quibus non sensus carnis, sed intel-
 lectus fallitur. **Das man eynem eyn nasen macht** / ubi causa externe prætexi-
 tur, & intus in occulto nulla causa est. Hæc portēta, an solus Turca hodie ope-
 retur, prudenti lectori relinquo.

Ioannes Bap-
 tista in carce-
 re occisus
 Et Ioannes
 Huius.

Inquisitores
 Heretici præ-
 uentis excema-
 plo sunt.

Hereticus
 Christus.



Insidiatur in abscondito, sicut leo in spelunca sua: insidiatur ut rapiat pauperem: Rapere pauperem dum attrahit eum.

Hæc omnia unus uersus in hebræo, quæ apud nos tribus uersibus distributa sunt. Soloecismus iste, Rapere pauperem, satis a multis taxatus est, cum dicendum fuerit, Rapiet pauperem. Satis autem facilis est intellectus præcedentibus tribus uirtutibus tyrannicis, uersu iam dicto expositis.

Euangelij præcones periclitantur.

Exponit enim, quid faciant oculi eius, dum respiciunt pauperem. Nempe sicut leo audis rapiendi & deuorandi in cubili suo obseruat occasiones, si qua bestia imprudens occurrat, & sua securitate in manus eius ruat.

Ita Antichristi tempore erunt, qui non modo prohibeant pauperem mutire aut fecerit, quod uel ut, uel astu queant torquere, & uiolenter interpretari in eum sensum, qui sit contra sanctam sedem bestia illius, mox, more nostrorum, clament ad ignem, quem is qui dixerit, aut nunquæ cogitauit, aut nunquæ uoluit profere: immo si quid, uel cautissime dixerit, ut non possit timere periculum, tamē illorum officium erit, rectissime dicta calumniari, cum Iudæis Christum capere in sermone, & in syllabis innoxijs uenenum inuenire, Sicut Araneus in rosa.

Hoc autem facient non stulto consilio, ut qui compertum habeant, & experientia doceantur, regnum tyrannidis, parum tutum felixque consistere, si eos duntaxat perdant, qui, uel uera causa conuicti, uel simulata suspecti, traduci possunt. Sed oportet in exemplum & terrorem omnium aliorum, etiam eos uexari, qui simpliciter & quiete inceserunt, nihil minus timentes, quæ in has aliquando simplegadas rapi, ut sic nullus sit, qui tyrannum non metuat, etiam optima conscientia fretus, & omnis consilij contra tyrannum ignarus. Sic Michæ .ij. Eos qui transibant simpliciter conuertisti in bellum. Eo consilio fiet, ut non modo nemo pauperum audeat mutire, aut uelle mutire, pro Euangelio, sed securitas parabitur tyrannidi, ut quicquid docere, statuere, mutare, remutare uoluerint, pro suis tum opinionibus, tum affectibus, omnes necesse sit tanquæ Christi uocem sub nomine Christi acceptare. Deinde etiam ea causa sic grassabitur, ne ociosum sit officium eorum, & parum gloriæ apud homines obtineat: tum si ocio rubigineque pereat, metuendum ne in futura uita priuetur aureola doctoribus, & tutoribus ueritatis merito condigni debeat. Quod ne contingat, curandum, ut uel innocentissimos excarnificent pro sancta ueritate.

Optima conscientia fretus nihilominus tyrannidē timeat.

Ne frustra inquisitores.

Vide nunc quid sit insidiari illos in abscondito, sicut leo in spelunca, ut rapiant pauperem: Nempe animo perdendi occasionem obseruare ut rapiant pauperem, ut in eo uerbo aut opere eum capiant & damnent, quod si tibi ignotum penitusque occultum fuit, esse damnabile. Diximus enim occultum hoc loco esse, quod arte & ingenio occultatur, dum aliud prætextitur, quo accusetur pauper, & aliud intus reuera est, quo accusari non possit, immo quo laudari debuit, seu, ut Christus dicit: Qui odiunt lucem: & Apostolus, In hypocrisis loquentes mendacium. De quo plura in sequentibus psalmis. Sed furor leoninus ad tyrannidem roborandam paratus, his artibus rapit

tibus capiendi opus habet. Itaque tempore Antichristi nemo tutus erit in pu-
 bli co, nec audebit Christum profiteri, sicut nec hodie ante faciem Hæretica
 præunitatis, Atque id forte est, quod toties prædictum est uisionibus & Prophe- ^{fugiedū erit}
 tias, fugiuros esse Christianos in spelūcas petrarum, & deserta syluarū, Quis ad spelūcas &
 enim tutus erit, quādo hi periclitabuntur, qui nec cogitāt aduersus Antichri- ^{facie leonis.}
 stum loqui, & quod forte imprudēter, & ignoranter effuderunt, cogunt, ne-
 gato Christo, reuocare, & sedem sanctam insidiarū in atrijs suis adorare. De-
 in de satis indicat, Principes, Reges, Sacerdotes, Religiosos, & quicquid erit
 alicuius nominis a parte Antichristi staturos, dum non nisi pauperem & op-
 pressum memorat ista passurum. Nec esset magna, nec digna Antichristo de-
 ceptio atque tyrannis, si non nobiliorem, & meliorem parte Ecclesie in sua stu-
 dia seductam haberet. Regnabit enim in Babylone, ipsaq; Roma, & omnia ua-
 sa desyderabilia, regem, & reginam, & eunuchos, pueros regios, in suam capti- ^{Captiuitas}
 uitate ducet. Sicut figurat captiuitas Babylonica Israelis. ^{Babylonica.}
 Id quod sequitur: Rapiet pauperem dum attrahit eum in rethe suum, expli-
 candi gratia dictum uidet, ne quis pauperem rapi intelligeret aliter q̄ dictum
 est. Hoc est, captabunt eum in sermone, si non poterunt inuenire quo eū ma-
 nifeste contra sedem sanctam Antichristi dixisse probent. Non enim de cor-
 porali captione hie loquitur, quam uersus sequens tractabit, sed de spirituali
 (ut dixi) quam per insidias in abscondito parauerūt. Et has insidias, rethe, seu ^{Satis exēplo}
 laqueum, uocat. Exemplis ista probaremus pulchre, nisi nostro seculo per se ^{ru obuiū est,}
 abundarent.

Humiliabit eum, inclinabit se, & cadet cum dominatus fue-
 rit pauperum.

Et distinctionis & interpretationis confusio fecit, ut hunc uersum passim
 de casu Antichristi intelligant. Verum Hieronymus sic reddit: Et contractum
 subijciat, & irruet uiribus suis ualenter. Nec male reddidit interpres priorem
 partem, si omittantur pronomina, eum, & se, quæ non sunt in hebræo, inter-
 ponaturq; coniunctio, & (licet propter idiotismum non sit in hebræo) inter
 utrunque uerbum sic: Humiliabit, & inclinabit, scilicet pauperem. Significat
 enim ^{וְיִשְׁבַּע} prius uerbum conterere, infringere, conuassare: posterius ^{וְיִשְׁבַּע}
 inclinare, incuruare, humiliare, ut Reuchlin dicit. Altera pars hebraice sic: Et
 cadet in fortitudinibus suis in pauperes. Quem sensum pene reddidit inter-
 pres, q̄ cadere in fortitudinibus, seu irruere in uiribus, sit præualere, & domi-
 nari: nisi q̄ pro pauperibus, Ioannes Reuchlin putat, dictione composita dici
 congregationem dolentiu, & oppressorum. Vbi Hieronymus aduerbiū, ua-
 lenter posuit. Sicut supra in simili dictione pro pauperibus, robustos trāstulit.
 Sed ad aliud forte respexit uocabulum.

Est itaq; sensus, ubi Antichristus & excubitores eius, pauperem traxerint in
 rethe suū, & in sermone ceperint, hic nulla misericordia, prius, leuiusq; sit pec-
 catū, negasse deū, & opa & uerba eius, q̄ hanc sedē insidiarū lacessisse: Hic cōte-
 rit, & ad nihilū redigat paup: Hic irruit oibus uiribus in pplm oppressum. Ad
 hanc Antichristi insaniā, q̄cqd sit de Turca, iā diu puenerūt uirtualis, & repræ-
 sentatiuz

Tyrannis pō
tificum.

sententiæ Ecclesiæ satellite; & adultores, siquidem peccata in deum perpetrata rident, & pro peccatis iam non habent, tãtum abest, ut in ea irruant, ut hic obseruent, ut hic uel millesimam officij sui, aut uirium suarum partem impendant. Caterũ ubi dubites de statutis eius, & an sit mixtus deus & homo, an dominus terrenus mundi, hic si syllaba, uel imprudens, labaris, tractus in rethe contereris, & irruent in te omnibus uinibus, non contenti gladio, & fulminibus latæ sententiæ cum tot maledictionibus, ut uix sufficias perlegere, auxilium etiam brachij secularis, & totius mũdi uires inuocantur, tantum gocij est Sedem tyrannicam tueri, ut mihi propheta his uerbis: Irruet uiribus suis, uideatur hanc nostrorum tyrannidem, uel pro Antichristo, uel in Antichristo expressisse. Contra quã, cum uideamus omnes ea tantum quæ sua sunt perditissimis studijs quatere, & ea quæ dei sunt cõtempissime negligere, nõ tamen audemus mutire.

Igitur: Humiliabit, & inclinabit, non de persona Antichristi intelligitur, sed de opere eius tyrannico in pauperes. Sicut & illud: Cadet cum dominatus fuerit, æque uim eius significat. Nam ab hac uiolentia irruedi appellantur Gygantes, Genesis. vj. נִפְלִיִם Niphlim, id est, cadentes, seu irruentes. Quia (inquit) erant uiri potentes in mundo, & famosi (hoc est, tyranni) qui irruerunt, & oppreserunt uir propria pauperes. Sicut & de Nimbroth Genesis. x. dicitur: Iste cœpit esse potens (id est, uiolentus) in terra, & robustus uirator coram domino.

Dixit enim in corde suo, oblitus est deus, auertit faciem suam, ne uideat in finem.

Iterum non hoc dicunt impij (ut aliqui putant) quod arbitrentur deum non esse uindicem malorum, aut res hominum non curare, cum sub nomine domini omnia perpetrent. Sicut Christus Matthei, xxiiij. prædixit: Multi uentient in nomine meo: sed quod tam securi sint, adeoq; sine timore dei, ut deũ arbitrentur oblitum esse pauperum, & pro se, contra pauperes stare, ut uersus sequens indicat, dicens: Ne obliuiscaris pauperum. Nec solum oblitum, sed etiam abscondisse, & auertisse ab eis faciem, ut nunquam in æternum sit respecturus ad eos. Quanquam sint reuera hodie quamplurimi, qui non credũt animam immortalem, & retributionem futuri iudicij. Hanc insignem obstinationem, & induratam præsumptionem impiorum hoc uersu arguit, Qua pios ad blasphemiam spiritum prouocant. Sicut Christo in cruce dixerunt: Si filius dei est, liberet eum, si uult. Non enim satis habent pios perdidisse, insuper blasphemantes, & insultantes diuini auxilij desperationem obijciunt, aut saltem præsumũt. De quo psalmo. iij. latius, Atque hic finis & ultimum est, quod impij possunt, ideo nunc sequitur alia pars psalmi, in quo pro pijs contra impios orat, & prophetat, dicens:

Exurge domine deus & exaltetur manus tua, Ne obliuiscaris pauperum.

Dicunt impij te pauperum obliuisci: At tu exurge, & exalta potentiam tuam, qua

nam, qui destruis ea que sunt, exaltas ea que non sunt & conuincantur im-
 pietatis sue. In qua re iam saepe admonuimus nos doceri, ut uindicta posita, ac *Oratione no-*
 deo relicta, sola oratione quaramus iuuari, solum dei uirtute, de nostris uiri- *bis bellandū.*
 bus desperantes. Tropum istum, leuare seu exaltare manum, notum arbitror
 pro ostendere & exercere uirtutem, De quo psalmo. iiii. dictum est, quem de-
 inceptus sapius habebimus, ut: Leua manus tuas in superbias eorum. Et Isaias
 Ecce ego leua manum meam ad gentes.

Credo autem, ut sicut psalmus procedens fere simili materia tempora Mar-
 tyrum, describitur. Ita hunc psalmum describere tempora usq; ad finem mundi,
 ut non modo Antichristum, sed & omnes impios in Ecclesia tyrannos post
 tempora Martyrum & Doctorum in finem mundi grassantes tractet. Quales
 Apostolus. ij. Tim. ij. prædixit homines habentes specie pietatis & uirtutem
 eius abnegantes, quos nemo sit correcturus aut reformaturus, nisi ille, qui ad
 uentus sui illustratione destructurus est impium. Interim proficiet impij in pe-
 jus semper usq; in finem. Proinde ergo uelut certus desperaui reformationem
 generalem Ecclesie. Nam quantis quæso Concilijs, post tempora Martyrum,
 & Doctorum, tentata est Ecclesie reformatio? Quid Constantiensis? Quid Ba- *Mirabile di-*
 silienfis promouit in hanc rem. Vt taceam istud nouissimi concilij ludibri- *au.*
 um? Quis est iste spiritus sanctus, qui legitima (ut iactant) Synodo coacta, ni-
 hil curat Ecclesie sue correctionem, sed tantum ceremonijs perdit omnes dies
 Concilij? Ideo quod hic uersus inuocat dominum, ut exurgat & potentiam o-
 stendat, ad diem extremi iudicij pertinere puto. Quod & sequentia iuuabunt,
 ut non sit dubium nostro seculo, immo iam plusq; tribus seculis huius psalmi
 rem pleno cursu geri & gestam esse.

Propter quod irritauit impius deum: Dixit enim in corde suo
 non requirit.

Scilicet blasphemia, seu insultatio maxime erit, ideo eamante omnia mouet
 & accusat. Passiones enim, si in dei conscientia ferantur, non adeo graues
 sunt, at ubi conscientia de deo auerso uexatur, iam importabiles sunt. Reddit
 autem hoc uersu, ac refert illud, quod impius dixerat: Auertit faciem suam,
 ne uideat unq;: Sicut obliuionem dei precedente uersu repulit. His enim uer-
 sibus spiritualibus opus habemus exhortari, quando in tribulationibus con-
 scientiam nostram blasphemia & desperatio uexant. Tunc enim consilio &
 exemplo huius uersus, blasphemia reuerenda & retorquenda est in ipsum sug-
 gerentem & in caput eius. Sicut & tradiderunt harum rerum usu edocti & pe-
 riti. Nam reuera blasphemum est, dicere, deum obliuisci pauperum & auerte-
 re faciem & non requirere, cum in se præceperit credi & sperari, in præcepto
 primo, & inuocari nomen suum in secundo, & expectari opus suum in tertio.
 Propter quid ergo irritat impius deum, tribuens ei obliuionem pauperum,
 contra expressum eius uoluntatis præceptum?

Illud leuiculum, quod in heb. secunda persona dicitur: Non requires, nisi, q
 ardentior affectus eo commēdatur & robustior exhortatio, aduersus spiritum
 blasphemie, dum cū fiducia ad deum sese cōuertit, accusans & detestās diabo-
 lum, iustificās deum & mandata eius, beneuolentiā ita captans, & mouēs inui-
 diam parti aduersæ, nō q̄ deus his indigeat, ut moueatur, sed nos, ne in fide &
 spe succumbamus, his artibus nos armemus & roboremus.

Vides,

Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras, ut tradas
in manus tuas. Tibi derelictus est pauper, orphano tu crisis adiutor.

Absolute dicit, Vides, pro erigenda fiducia aduersus impij blasphemiam, si dicat: Tu es uidens & inspector omnium, non oblitus nostri nec auerfus, si impius nobis intentat, ideo & consideras & attendis in laborem & dolorem adeo scilicet uides, ut etiam attente consideres, nedum auerfus oblitusque. Laborem & dolorem plerique ad pauperes, Augustinus etiam ad deum referunt. Meo spiritu, ad impium refero. Labor enim, hic Amal est, de quo supra: Subterfugua eius labor. Verum pro dolore hebreus furorem, habet. Sicut & Hieronimus reddidit. Et Augustinus, iram, in suo textu legit, id quod fecit eum dolentissimum insidiarum & doli studium, quo sua (ut diximus) parat. Dolorem autem, seu furorem, uim & impetum, quibus tyrannidem dolosam stabiliat. Quasi dicat, spiritus: Tu attentissime consideras impij tam dolum quam uim, dolorem in uerbis (ut Augustini uerbis utar) uim in imperio, quo in sanctos tuos os furit & multo labore suas insidias tuetur. Est enim necessaria dolosis & insidiosis uolentia, immo dolus tam impotens est, ut non possit non furere & uim mouere si ceperit reuelari. Sic enim principes tenebrarum postquam mundum possideant diuturna idolatria per multam operationem erroris & dolum, uel temeriter succensi sunt & furere ceperunt in Apostolos & Martyres, qui dolorem hunc detegere aggressi sunt. Sic facit omnis impius pro suo dolo tuendo, quemadmodum nostri quoque seculi exempla monstrant. Itaque ne pusillanimes nos reddat impiorum presumptio, exhortatur nos spiritus, docens, quod non est abscondita deo, impiorum tum fraus, tum uis, quacumque arte in sanctos moliantur & furiant.

Ac sic considerat, non ut considerasse satis sit & inultus transeat impius: Sed ut tradas eos in manus tuas. Hieronymus aptius, ut detur in manu tua. Nam pronomen, eos, non esse in textu & de impio in singulari numero loquitur. Horrendum autem est incidere in manus dei uiuentis, ut Apostolus Heb. x. intonat, Quia hic non est qui eripiat, sicut psal. xlix. Intelligit hanc, qui oblitus scimini deum, ne quando rapiat & non sit, qui eripiat. Eodem tropo & psal. xx. dicitur: Inueniatur manus tua inimicis tuis. Et sumptum uidetur ex lege Mosi & Calijs ueteris instrumenti libris, in quibus sapissime legimus, hostes tradi in manus filiorum Israel, & rursus Israel in manus hostium, quoties uindictam sumptam, aut sumendam legimus. Quare & hoc tradi in manus dei, est deo uindicante puniri, qui punit aeterna uindicta. Quo intelligimus id quod dixi, prophetam loqui hoc psalmo de his, qui extremo iudicio apprehendentur in fine mundi, postquam impietas eorum prauauerit per orbem, in desperatam usque emendationem. Nam corrigibiles non tradit in manus suas, sed (ut psal. lxxxviiij. dicitur) uisitat in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus hominum peccata eorum. De quibus nunc dicit.

Tibi derelictus est pauper. Vbi iterum Hieronymus transfert, robustus. Inter multa uocabula, quibus lingua sancta pauperes appellat (adeo conuenit sanctitati & paupertati) tria hoc psalmo ponuntur אביון Aebion, quod simpliciter pauperem significat אביון Aeni, quod magis dolentem, ac afflictum, & חלפה hazlecha, quod oppressum & uim passum proprie significat. Præter hæc sunt,

Necessario
os furit & multo labore suas insidias tuetur.

Tradi in manus dei.

אביון

hæc sunt דאך dach, quod psalmo præcedente ponitur. Et factus est dominus re-
 fugium dach, id est pauperi. Item דל dal & רש rasch, & מסב mischen. Quo-
 rum omnium differentias dare, forte non est opus, nec huius loci. Hebræi au-
 tem potest id possunt, obseruata Etymologia, dach enim a cōtritione & con-
 fractione, Dal, ab attenuatione & exiccatione, Aeni, ab afflictione & mœreore *Eximius hæc*
 cordis, Aebion, a uolendo se uel desiderando, ut cui desit, quod cupit, Mischen *bratæ uerità*
 ab apothecis & p̄p̄arijs, quod sine eis sit, Rasch, a pereundo & ad miseriam *tis antistes hic*
 redigendo. Et isto psalmo peculiariter repetitum Helæchia, quod Hierony.
 ab חל Hal, quod robur significat, robustum facit. Alij ab eodem hail, uel hel,
 quod exercitum & cōgregationem, & כפ Caph, quod mœrorem tristitiamq;
 significat, compositum uolunt, uelut Ecclesiam tristantium & mœrentium
 intelligentes: Quod mihi ualde placet, cum hic proprie loquatur de ijs, qui ab
 tempore sub prætextu nominis domini uim & dolum patiuntur, ubi nomini do-
 mini resistere non licet, & tamen res proposita uehementer contristat, atq;
 in occultis patiuntur. Quales fuerunt Apostoli in cœna domini, qui cum lu-
 dam non auderent reprehendere, eius tamen dolo per Christum indicato, cru-
 ciabatur. Felicior enim erat Martyrū & Doctorum cōditio, ubi contra Idolaz-
 & gentes & alienos pugnabant. Sed Antichristus nostris Episcopis & Eccle- *Antichristus*
 stasticis rectoribus utetur, sicut in Hæreticis cepit, quibus eū in omnibus obe- *grauior Eccle*
 diendum sit uice Christi, periculosissimum erit non obedisse, rursum idem pe- *sic p̄secutor,*
 riculum obedisse, cum, & electi hic in errorem duci queant. *q̄ idolatre.*

Quare cum audimus pauperem soli deo relictum, sine dubio intelligere *Pauperū illo*
 debemus, contra eos statuos Magnates & utriusq; status rectores. Quæ res *rum, unus est*
 eū sit popularis & in oculis uulgi magna, facile persuadebit, ut totus orbis ruat *Lutherus.*
 in obsequium Antichristi, & argumentum ueritatis, non ex Euāgelio, sed ex
 multitudine & opinione uulgi petant. Sicut & hodie aliqui faciunt.
 Idem indicat, Orphano tu eris adiutor. Nihil refert pupillo (sicut infra trans-
 fert) siue orphano dixerimus, eū intelligit, q̄ sine patre est in terra, cuius pater
 in cœlo est. Nemo itaq; Euāgelistam tempore Antichristi tuebitur ex omni *periculū Euā*
 bus hominibus, nisi solus deus. Horribilia hæc sunt ualde. Nam Episcopos & *gelistarum.*
 Magnates Ecclesiarum non fore in numero pupillorum, quales hodie sunt in
 curribus & equis & armis, facile quiuis intelligit, nisi redigerentur primum in
 prisam sacerdotum & Episcoporum sortem, sed nece. Te erit eos pro tempo-
 talibus suis & patrimonijs Christi & sanctorum, sed m̄ iura sua facerrima, An-
 tichristo adherere aduersus pauperem & orphanum.

Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illi
 us, & non inuenietur.

Peccatorem & peccatum, pro impio & impietate dixit; ut Hieronymus re-
 cius: Contere brachium impij & maligni, quæres & impietatem eius & non
 inuenies. Hebræa distinctio talis esse uidentur: Contere brachium impij & ma-
 lignum quærens, impietatem eius non inuenies. Ut malignum in neutro ge-
 nere accipias pro malitia, & duo illa componas, brachium & malitiam impij,
 non autem impium & malignum, illud conterendum, hanc requirendam, id
 est, in iudicium uocandam, ut sit sensus: Vim & potētiam Antichristi destrue
 & malitiam require, seu in iudicium uoca, ut dolus & nequitia eius reuele- *Antichristi*
 tur & damnetur, quibus uelut instrumentis utitur sua impietas. *potentia des-*
 Destructū *structur.*
 autem

autem potentia & inquisita malitia eius, ac sic exuto eo, tam ut quod dolo, facies, ut impietas eius penitus desinat, erit inermis impietas & ad nihilum reducta. Hoc est, quod dicit: Impietatem eius non inuenies, non, ut non sit, sed ut nihil possit. Eo tropo, quo Deutr. xxxij, dicitur: Et dixi, ubi nam sunt: cessare uult tributum. Sic enim de perditis, & uulgo queritur, & dicitur insultando: Vbi sunt: quo abierunt: Quare obseruanda sunt uerba aptissime posita. Brachium conteritur, malignitas queritur, & utrunque tollitur, sed impietas manet, nisi quod ablati his armis, ut & dolo, non inuenitur, hoc est, perditur cum impio. Hunc sensum mihi extorquet hebraica (ut dixi) distinctio, ad eundem tamen utrunque duci potest & noster textus. Queretur peccatum illius & non inuenietur, id est, insultabitur perditio impio, & queretur a dicentibus: Vbi nam est, qui irruerat uiribus suis & ualebat dolis suis: Atque hic quoque uersum opus iudicij nouissimi, hoc psalmo cantari & inuocari demonstrat, quod in hoc tempore impij quidem conterentur & conuertuntur. At in illo, conteretur ipsa potentia & malignitas, exterum impius in impietate sua manet, nec inuenietur, quia tollet eum dominus.

Opus iudicij
nouissimi.

Inquisitio ma-
litiæ, eius per-
ditio est.

Et apte singula singulis tribuit, Contere brachium, Quære malitiam. Quia uis aperta est, iudicioque inquisitionis non eget, iam iudicata est digna contritione. At fraus & dolus malignus, primum reuelatus est, cuius ipsa inquisitio, perditio est: Dolus enim, quod primum cognitus fuerit, mox sine uiribus, ac iam non dolus est, sed sua ipsius ignominia; Potentia autem etiam si cognoscatur, non ideo desinit, immo cognita maxime ualet, ideo conterenda & frangenda est. Et dolus in se ipso reuelato confundendus, tum dicitur ad nudum infirmatum confusumque impium: Vbi nunc est, o impie misera tua impietas?

Dominus regnabit in æternum & in seculum seculi, peribitis gentes de terra illius.

Hieronymus & hebraeus: Dominus rex seculi & æternitatis, perierunt gentes de terra eius. Est tamen inde sensus, quo exhortamur, ne dubitemus Christum esse regem in æternum, qui saluos nos faciat & impios perdat, quantumlibet impij contrarium, & sperent & opprobrent: Quod maxime circa finem mundi necessarium est nosse, quoniam omnia per Antichristum, sic aguntur, ut quicquid ipse contra pios tentauerit, autoritate, & nomine dei fieri uniuerso uulgo persuadebit (ut sat diximus). Proinde satis sumus præmoniti, abundeque nobis est prædictum, ne statim amplectamur, quicquid sub autoritate Christi, Apostolorum eius Petri & Pauli, siue a sede Apostolica Romana, siue cuiuscunque Episcopi prodierit promissum, uel comminatum, nec statim uerum, aut salutare credendum, quantumlibet multitudine, aut magnitudine sapientum & potentum accedente roboretur. Sed Euangelium Christi solum & unicum, pro iudice & duce spectemus, iuxta illud Pauli: Omnia probate, quod bonum est tenete. Si enim discipuli Apostolorum, ad uic uiuentibus Apostolis, ausi, aut lapsi sunt, ut populum seducerent in suas opiniones, quid non timendum in eorum successoribus post mortem eorum, ac per tanta iam secula crescente perfidia & sapientia carnis? Reversus olim Edom sub rege Ioram, ne esset sub Iuda, quem tamen Isaac subiecerat Iacob longe ante. Quid mirum si figura impleatur, in Ecclesia, ut mundus a Christo recedat: Verum si huc coneris, non diu

Autoritati hu-
mane preser-
uandum est Chri-
sti Euangelium.

non dno Christianus Catholicusq; habebis. Quare una interim consolatio Christiani
 tua est, futuri iudicii dies & fides, qua credis dominum tuum regnare imper-
 pernam, & perituros esse tandem omnes impios: Nisi enim hac fide praestes
 & huc species, praesentium rerum species, quae est apud impios, cito te subuer-
 ter, falso scupulo & impietatis inani terculamento, te lasa maiestatis dei,
 & hominum accusans.

De terra illius, Quae nam illa, Nam coelum caeli dno, terram autē dedit filiis Terra dei di
 hominum: Vis & intentio in pronomine. Illius, forte spectanda est, ac si dicat: citur.
 Vos impij sic agitis in terra, quasi essetis dii & domini eius soli, nec deum, nec
 imperium eius respicitis, cum nō uestra, sed illius sit terra & omnia, qui est rex
 seculi & aeternitatis: Quo regnante, scitote uos tandem perituros esse de hac
 terra eius. Sic Job, xij. Abundant tabernacula praedonum, audacter provocant
 deum, cū ipse dederit omnia in manu eorum, Et Ezech. xxix. Ecce ego ad te
 Pharao rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum &
 dicitis: Meus est fluuius & ego feci me metipm &c. Ita & impij in terra sine dei
 timore agunt, ac si ipsi se ipsos fecissent & sua oia e-
 sent, cōtra quos ultimum
 iudicium intētat, perituros esse de terra dei, quam sibi superbissima impietate
 subiecerunt. Sic & Petrus. ij. Pe. ij. dicit coelos & terram reposita igni referuato
 in diem perditionis impiorum hominū, quasi cū hoc uerbu colludens.

Forte & gentes, Emphasim habet & quandam spiritus indignationem, aut Gentes in ter
 Tapinofin, in hunc modum: Vos qui populus dei & electus Israel esse debui ra dei.
 stis, nunc summo dedecore uestro in gentes degenerati, ac iam non populus,
 sed hostes dei, peribitis. Hoc locutionis genere praedixit Moses ludais sapil-
 sime, q̄ essent cito perituri de terra, quam ingrederentur, si mandata dei non
 custodirent. Quare & hic gentes in terra dei, oportet intelligi Christianos,
 qui specie Christum confitentur, reuera autem gentes, factis enim negant,
 terram eius indigne possidentes.

Desyderium pauperum exaudiuit dominus: praeparationem cor-
 dis eorum audiuit auris tua.

Hieronymus: Desyderium pauperum audisti domine, praeparasti, ut cor eo-
 rum audiat, seu attendat auris tua. Eadem dictio est desyderium, quae in princi-
 pio psalmi posita est: Quoniam laudatur peccator in desyderijs animae suae:
 ideo eodem modo exponēda. Praeparationem, nostra translatio tribuit cordi
 pauperum: Hiero. & hebraeus, deo. Vtrinq; autem significatur inestimabilis vtilissima
 promptitudo dei ad exaudiendos pauperes, in hunc modum: Adeo paratus consolatio
 & promptus es exaudire, ut etiam anteq̄ clamēt, sola desydera cordis audias,
 immo impatientior tu es morae, ut audias, q̄ illi, ut clament, optasq; clamare,
 ut locum habeas exaudiendi, adeo praue nit & parata est uoluntas tua exaudi-
 endi, desyderium eorum clamandi. Sic Isai. lxv. Eritq; anteq̄ clament, ego ex-
 audiam, adhuc loquentibus illis (id est, nondum finito clamore, aut sermone)
 audiam. Tunc inuocabis & dominus exaudiet, clamabis, & dicet: Ecce assum,
 quia misericors sum dominus deus tuus.

Quibus uerbis, non modo sperare iubemur orantes, sed protuocamur etiam
 ad orandum negligentes, dum nobis exauditorem tam paratum proponunt.
 Et quanq̄ frigida sint haec, dum extra locum & oportunitatem suam (id est, in
 anima secura & satuta) sonant, tamen animae pauperum & afflictorum (ut hic
 Y dicit)

dicat) simul sunt summe necessaria & uehementissime consolatoria. Omnia enim tunc machinis impij blasphemiq; tyranni contraria simulantur & sentiantur. Ideo longe ultra sensum & captum, in purissima fide rerum non apparentium, solumq; sperandarum, deinde presentium contemnendarum, & intelliguntur. Sicut iam saepe dixi, Psalterium esse gymnasium fidei & spiritus, ut qui sine fide legat, tenebras solum & gelu legat, sine luce, sine calore manens: Fides autem non nisi in passionibus uigeat, quanto acerbioribus, tanto speciosior.

Iudicare pupillo & humili, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.

Gracissantem interpretem, ubi iudicare, pro, ut iudices dixit, alij taxauere, Pupillum quoq; uocat, quem superius orphanum, Et humilis est, contractus ille Dach, quem superius psalmo. ix. pauperem, Hieronymus hic, oppressum uocat, ut intelligamus derelictum, & passionibus obrutum populum Christi. Hebraeus sic distinguit: Ad iudicandum orphanum & pauperem, non addet ultra, seu in sempiternum, ad magnificandum homo de terra. Vbi uerbum addet uel apponat, absoluto statu mihi poni putatur, in hunc modum: Non addet, id est, non erit additio, non augebitur, sed hic sistet & finietur, non erit hoc amplius, ut fortis & terribilis sit homo de terra. Habentq; uerba in hebraeo, decorum & miram gratiam. Primum, homo dicitur אנוש Enosch, qui, ut psal. viij. diximus, miser, oblitus, & desperatus sua Etymologia dicitur: Cui componitur mira rerum Antithesi & repugnantia, Laarotz, id est, ad magnificandum: quasi rei indignitatem detestetur, q; Enos infelix tantum sibi arroget in hoc mundo, ut tyrannica uolentia, magnus, fortis, terribilis & gloriosus aduersus pios haberi uelit. Deinde pulchra uocum allusio est, Magnificare, & de terra לערץ אנוש מן הארץ laarotz anosch min haareth, magnam Antithesin includens, ut indignum sit hominem ultra hoc quod Enos est, de terra natus, & in terram reuersurus, in terra, & de terra sic superbire, quasi illud Ecclesiasticus dicat: Quid superbis terra & cinis?

Est etiam uerbum Magnificare, & qui uocum hebraeis, significans (ut Reuchlin ait) terreri, pauere, horrere: Sicut fortes & magni tyranni formidantur. Et ab eo tremore passiuè significatur altera significatione terribiles illi & magni, superbi & fortes, ut non inepte queamus hunc uersum etiam sic uertere: Non erit ultra, ut formidet (scilicet pupillus & pauper) hominē de terra, Quo sensu Zach. Lucæ. j. loquitur: Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi: In sanctitate & iusticia coram illo, omnibus diebus nostris. Et utrunq; sensum & significatum in unum cogamus, sic intelligentes totum uersum: Ad hoc exaudisti domine cor eorum, ut iudices causam orphanorum & afflictorum: Et tandem finis sit tyrannis ipsis infelicibus hominibus superbiendi & magnificandi aduersus pauperes: Rursum pauperes aliquando liberati, te exauditore & iudice, deinceps non metuant, neq; terreatur, neq; opprimantur ab homine de terra. Ita uides psalmum hunc finem suum, in finem mundi & iudicij diem constituere.

Psalmus